ob plenariam et sufficientem sibimet recognoscentibus adinvicem fa-
ctam satisfactionem Quietant emittunt liberosque et absolutos sese pronun-
tiant praetus Interviam receptae et eius inscriptionis roborationis in toto et
1344 totaliter cassant mortificant et annihilant sibi suisque posteris ratione praemissorum
perpetuum imponens silentium

1334 **Witowskim inscripti Plenipot.**

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Ca-
pitaneatus Premisliensis Generosi Nicolaus et Paulus Witowscy fratres inter se
germani sani mentibus et corporibus existentes a terris districtibus
iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo
praesenti vero Iurisdictioni Castren. Capit. Premisliensis quoad Actum
modernum attrahit se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus
totaliter ac plenarie incorporantes subiiciendoque palam libere publice ac
expresse recognoverunt et quilibet illorum seorsive suo pro interesse recognovit
Quia ipsi ad omnes generaliter Causas et actiones suas iudiciarias coram
quovis Iudicio et officio regni cum quibuscunque et omni occasione qua-
cunque reales et iniuriarum habitas et habendas Generosos ac Nobiles Ja-
cobum Krzysowski Paulum Jarecki Joannem Dzecki Petrum
Cestkowski in suos veros et legitimos plenipotentes sufficientesque et in-
dubitatos Mandatarios eligunt faciunt constituunt et Actis praesentibus solem-
niter inscribunt Dantes et concedentes eisdem plenipotentibus suis
tam omnibus coniunctim quam cuilibet illorum seorsive plenariam
facultatem absolutam et omnimodam potestatem causas suas iudiciarias
generaliter omnes coram quovis Iudicio et officio regni incidentes nomine suo
recognoscentium attentandi tuendi defendendi promovendi decreta
quaevis suscipiendi a contrariis provocandi alios plenipotentes in lo-
cum suum substituendi substitutosque revocandi iuramenta attentandi
poenas iudiciarias levandi de levatis et perceptis quietandi Intromissiones
in bona......ndi et acceptandi Aliaque munia et Officia veros et
legitimos plenipotentes de iure legitime concernentia peragendi et exercendi
promittentes et inscribentes se recognoscentes id totum quidquid per
praedictos plenipotentes suos in praemissis omnibus tam per omnes con-
iunctim quam per quemlibet illorum seorsive actum gestum constitu-
tumque fuerit pro rato firmo et grato suscepturos Non secus ac si-

praesens

plenipotentem recognoscentes, promissa omnia exstitisse et esse constituisse et esse praesentem
suam plenipotentiam ad triennium integrum duraturam robur suum
habituram declarantes praesentis scripti patrocinio 1395

Actum in Castro Premisliensi Feria tertia intra octavas Festi Sacratissimi Corporis Christi Dñi Anno eiusdem Millesimo sexcentesimo Quadragesimo Nono 8/VII

Dziersanowski Plebano Rokitnicensi Cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capi-
tanealibus Premisliensibus Generosus Joannes Dziersanowski sanus mente
et corpore existens a terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis
quibusvis propriis et competentibus recedens praesenti Iuridictioni Castrensi
Capitaneali Premisliensi quoad actum modernum attinet se cum successo-
ribus bonisque suis quantis omnibus totaliter et plenarie incorporando,
subijciendoque palam libere publice ac expresse recognovit Quia
ipse de omni et integro iure suo videlicet de medietate tota et integra
bonorum infrascriptorum neupe certarum sortium nuncupatarum Wysokie
in bonis villae Rokitnica Gurna in terra et districtu praesenti Premisliensi
consistentium sitarum Vna cum agro deserto in Villa dolna Rokitnica
sito Czopikowskie dicto atque subditis cmetonibus quatuor videlicet Szyma
Staruz Burysto et alio quarto penes eundem Burysto residente dicto Na
pora tum hortulanis tribus ibidem existentibus sibi recognoscenti per
Generosum Vladislaum Adamum Kwasicki Actis Officijs praesentis Castrensis
Capitanealis Premisliensis in summa quatuor Millium florenorum Polonicalium
obligatorum et in possessionem realem ~~traditam, necnon de medietate~~ sunt
eiusdem videlicet duobus Millibus florenorum Polonicalium, tum de ipsa Inscriptione Castrensi
Premisliensi de Actis edita post feriam sextam post Dominicam Gaudii
proxime praeteriti praesentis ad medietatem bonorum eorundem et summas receptas
videlicet duorum Millium florenorum Polonicalium tantummodo et non ultra sese

[illegible]